

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM  
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis  
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea  
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

**Lichtenberger, Johannes**

**Köln, 1526**

Capvt secvndvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)

PROGNOSTICVM IOANNIS  
ECCLESIA IN NAVI CVM SVIS REMIS  
inclinata fluctuante.



CAPVT SECVNDVM.



Luītas supra montem posita iuxta Euāgelicam  
expositionem Matt. v. non potest abscondi his  
temporibus. Nam anteq̄ huius terribilī eclī-  
psis influxus prætereat, nō nisi periculorū di-  
scrimina ecclesiæ Dei & nauiculæ sancti Petri  
imminere uideatur. Ista nauicula heu uarijs hinc  
inde agitata turbinibus, fluctibus atq̄ procellis.

quassabitur, eius quoque saluatio aut intereundi periculum, uelut in  
 æqualibus ponderibus uel æquilibrî posita natabunt. Et nisi benignis-  
 simus ac idem optimus Deus eam custodierit, multa periculorû  
 discrimina & ex schismate naufragium passura uidebit. Scimus ta-  
 men quod nauicula sancti Petri nunquam mergitur, quanquam multis procel-  
 lis maris & tempestatibus fluctuet & iactetur, fluctuat & nunquam  
 mergitur illa nauis.

ADAM ET EVA UT PRAEVARICATORES  
 ecclesiam significantes.



PROGNOSTICVM IOANNIS



Nde Ioachim super Hieremiã dicit sic de ipsa ecclesia, Est & alia ficus, quæ maledictione præuaricationis iam aruit. Latina ecclesia siue nauicula sancti Petri, cuius folia temporalia, de quibus conficit periformata ad excusandas excusationes in peccatis, quibus in honestatem uitæ suæ tam Adam summi pontificis, quàm Euæ ecclesiæ subiectorum operiant, & in ligno ecclesiasticæ gloriæ miserabiliter se abscondant. Sed quia patrimonium Iesu, quod ipsi pontifices à principibus Christianis, quasi boni & mali scientiæ lignū fuit, boni quo ad sustentationem uitæ, mali quo ad dissipationem & sibi dinem uitæ & abusum, cupientes gygantes fieri supra terram Reipublicæ, famosiq; uiri per totam latitudinē Imperij Christiani, non contenti ligni stipendijs alijsq; quibus uti licebat, uxores sibi electarum plebium ope luxuriantium copulando ad suggestionem serpentis alterius, doctorum & cardinalium. Heu timeo, ne aliquorū consilio futurorū peruerse uiuentium, tam simplices & infirmi, qui fortes & scioli temere contra præceptum domini uenientes fructū temporalium Reipublicæ, quæ notatur in ligno instantis scientiæ, quæ nõ ædificat, sed destruit, usurpado eijciant cominus de ecclesiasticæ dignitatis sede, & siant profugi super terram, habitent in terra Cain, uestiti pellicijs confusionis & ruboris. Et Hieremias ubi supra dicit, futurum est, ut quemadmodū Iudæi contra Christum & discipulos fremuerunt, ita & nunc in spiritum domini, & in ecclesiam siue eius alūnos sæuiant falsi Christiani. Nam iuxta sententiã sanctæ Brigidæ libro reuelationū suarum quarto ubi dicitur, Væ & iterum uæ, quando puer sedebit in sede lilij, orietur tribulatio in ecclesia sancti Petri. Potens est Deus suscitare & Fracos aduersus ecclesiam, Cum em̄ ecclesia Romana deficiet quo ad obedientiam, & pontifices ex Alemanis thesaurum extrahentes filios & filias ad culmen dignitatis sæcularis promouent, uolante matre cum pullo ad errorem ducetur populus Christianus. Tūc finis, id est clamor & ululatus uniuersæ carnis uenit ad dominum. Astrorum iudices exhortaturi discurrant, ut annuncient ne nauicula submergatur, quia nisi dominus apparuerit, Petrus dubitabit, quia pastores assigentur ne uerbum dei

prædicent. Hac agentur benigni Iouis oppressione in domo Mar-  
tis, quod præsens eclypsatio cum reuolutione anni mundi demon-  
strabit ubi modernus & successor proximus excitabit matrem Aquila  
aduersus principes uirginis, ipseque sæuiet in Iouistas Rheniu sagij  
inferioris, & maris occidentalis redimēdo pullū, qui heu à suis, pprijs  
nidulis patiet. Vnde multa

## SANCTA BRIGIDA.

mala exurgent, & caput fi-  
dei ut arbor infructuosa di-  
scedet à sæculo. quia inobe-  
dientiā patietur magnā ibi-  
dem. Et uix Vrbs Romana  
erit præsulibus amplius di-  
gna.

## CAPVT TERTIVM.



**V**nde Brigida  
libro reuelatio-  
nū, Sub aquila  
grādi quæ ig-  
nem fouebit in pectore, con-  
culcabitur ecclesia & uasta-  
bitur, nam potens est Deus  
Alemanos altos prouocare  
contra ecclesiam, qui magis  
de humana potentia, quā  
Dei cōfidunt, iusto iudicio  
hostilibus incurſibus cōcul-  
cabit nauicula Petri, & cle-  
rus turbabit. Et sic necesse  
est ut Petrus succinctus effu-  
gat, ne squalorem publicæ  
seruitutis incurrat. Et sic ui-  
deat ipsa ecclesia occidenta-